



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 205. De traditione Gameri bonorum in Sirikeshus in pago Falhen.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

ioconif et thiadulfi testef berthricuf *uuigbertuf* (k) adalgot cyllharduf et alii XV.

gubernante  
Corbeiam  
Adalgario.

## §. 203.

Tradidit *uuicharduf* (l) pro remedio animae suae quidquid habuit in pago *suilberi* (m) in uilla, quae dicitur *dassila* (n) testef eyfulf rainharduf *ofilag* (o) uuikger fidag et alii X.

## §. 204.

Tradidit adalharduf quando filium suum obtulit ad reliquiaf *seōrum* martyrum stephani atque uiti mansum unum cum familia in loco qui dicitur *uuyrun* (p) testef ueratheri luduuard sneuuard crymbert.

## §. 205.

Tradidit *gamer* (q) pro sorore sua helmburg quidquid habuit in *fwikefbus* testef uerinbert *thiadricuf* sibodo uolcmer bilif erp et alii sex.

## §. 206.

*Ems, et Hafa, die Hafe.* Eadem confirmantur e nostro Registro Bonorum Abbatiae Corbeiensis, in quo huic pago *Agrotingon* tribuuntur 1) *Bortrun*, Borfen in inferiori episcopatu Monasteriensis, 2) *Linduri*, Linderen in Emslandia, 3) *Ladorp*, Lastorp, 4) *Lyongo*, Löningen, 5) *Lodon*, Laten, 6) *Sugila*, Sogel, 7) *Werelidde*, Werelte, 8) *Holtur*, Holthufen in comitatu Lingensi, et 9) *Burgiun*, Borg in episcopatu Monasteriensis. Pagus *Agrotingon* ergo versus septentrionem contiguus fuit *Laingo* pago Friae orientalis. De hoc supra egimus §. 8. not. (q). Adigit versus orientem pagum Leri seu Leriga in comitatu Diepholtano, de quo uide annotationes nostras §. 35. not. (D). Versus meridiem autem pago Hreewiti in episcopatu Osnabrugensi, de quo uide §. 108. not. (s), pagus *Agrotingon* fuit confinis.

(k) *Wigbertus* an ad stemma Widekindeum referendus est? an filius Theodorici vel Hrothardi vel Heionis vel Thanemari fuit? De Wigberto.

(l) de *Wycharo*, ad progenitores comitum Dasseliensium referendo, iam supra egimus §. 104. not. (b) et (l). De Wycharo.

(m) De pago *Suilberi*, intra comitatum Dasseliensem olim obuiio, uide supra §. 167. not. (Q). De pago Suilbergi.

(n) *Dassila* uilla nunc appellatur *Dassel*, vrbs quondam primaria comitatus Dasseliensis, pars Hildesienfis episcopatus sub praefectura Hundesrück. Conf. de hac uilla diplomata, in *Addendis* prolata num 395. et 398. De uilla Dassila.

(o) De *Ordago* uid. §. 199.

(p) *Wyrun* uilla erat in *marca Surmethi*, de qua uide §. 176. not. (r). Nunc appellatur *Verne*, locus ducatus Westfaliae, ubi hominem proprium cum manso possideret abbatia Corbeiensis, qui ad officium in Mönninghulen, vulgo *das Viss Amt* dictum, refertur. De uilla Wyrun.

(q) *Gamer* nominabatur supra §. 201. *frater Thiadrici et Sibodonis*, qui hic inter testes apparent. Inde conclusimus, hic designari eundem *Gamerum*, familiae Biltinganae inferendum. Erat autem uilla *Sirikesbur* in pago *Fulben*, Registro nostro teste. Designatur per eam uicus *Sierse*, intra praefecturam Wolffenbuttel fitus, cuius ecclesia spectat ad ecclesiam Bethmar sub inspectione Bahrum. Eam ob causam putauimus supra §. 104. not. (w) unum ex his fratribus fuisse factorem comitum de Olsburg, inter Saxoniae nostrae comites quondam celeberrimorum, quorum castrum Olesburch olim in uico Olsburg ad Fufam fluium in ducatu Brunswicensi sub praefectura Lichtenberg exstitit. Collegium canonicorum